Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancta Otilia virgine clxxxvi

urn:nbn:de:bsz:31-289352

Visual Library

nullus noſtrū ita ſit rebus tēporalibus occupatus
aut proprijs delictis deſperat⁹ quin beatiſſime vir
ginis marie conceptionem pro poſſe ſuo celebret
annuatim.

De ſancta otilia virgine clxxxvi.

Otilia quia ceca nata fuit. pater ſuus eam
occidere voluit. Unde mater eius cuidam
ancille ſue eā alendā cōmiſit. quapropter
murmur populi iubente matre longiſſime cū pue=
ro fugit. vbi cū ipſa puellā nutriret. xp̄s epō erar=
do de partibus bauarie apparuit dicēs. Uade ad
quoddam monaſteriū qd̄ dicit palma ibi inuenies
puellam a natiuitate cecā quā baptiſabis nomen
otilia impones ei. et mox poſt baptiſmū viſum re=
cipiet. Quo facto cū diu optime in religione profe
ciſſet miſit fratri ſuo litteras dulcedine plenas vt
patri recōcilians reuocaret. Cui cū pater nō annu
eret. filius incōſulto patre pro ſorore miſit. Unde
pater filiū tm̄ verberibus caſtigauit ꝙ infirmat⁹
fuit. de qua etiam egritudine obijt. Pater vero ex
hoc intantū cōturbatus fuit ⁊ cōpunctus ꝙ ꝓ filia
ſua miſit et monaſteriū qd̄ cōſtruxerat filie cū oīb⁹
ſuis appēdicijs libere donauit. poſt hoc itaqꝫ defū
ctus eſt. Otilia ſciens patrē ſuum ī purgatorio vri
in latere montis vbi nūc clauſtrū ſitū eſt tm̄ et tā
lacrimabiliter orauit ꝙ celū ſup eam apertū eſt et
lux magna circūfulſit eā. et vox dixit ei. ꝓpter te li
beratus eſt pater tuus et in choro patriarcharum
collocādus ab angelis ducit. Hec beata p̄ter dies
feſtos nichil comedit niſi panē ordeaceū et legumi
na. Pellis vrſi fuit pro lecto. lapis vero pro cuſſinō
Item mons altus vbi cenobiū otilie ſitum eſt fecit
pauperes querētes elemoſinā et ꝑegrinos nimis
laborare. ob hoc ꝙ fecit inferius monaſterium pro
hoſpitali. q̄ locus ſororibus tm̄ placuit vt etiā ibi
cōuentū inſtituerūt. Ibiqꝫ in noīe patris et f. et ſſ.
propria manu tres tilias plātauit. q̄ vſqꝫ nunc val
de vtiles ſunt in calore. orando vas oīno vacuū im
pleuit vino cū quedā ſoror inter diuina officia va=
ſa eſſe vacua inuenit. Item qꝛ in baptiſmo viſū re
cepit. ſpecialiter beatū iohannē baptiſtā venera=
bat et ei eccl'iam facere cogitauit. Quadā etiā no=
cte ſe dedit orationi ſupra petram vbi nūc magna
crux lignea locat ob memoriā tanti miraculi ibi io
hannē rogabat oſtēdere ſibi modū edificij qd̄ et
fecit. Johes ei ī in forma qua xp̄m baptiſauit in ma
xima tm̄ claritate ſibi apparēs eccleſie locū. lōgitu=
dinē et latitudinē oſtēdit. Qd̄ vidit vna ſoror lucē
vicē. ſed iohannē non vidit. Cui otilia inhibuit ne
ante ipſius obitū alicui viſionem manifeſtaret. In
choatione clauſtri iohis boues cū plauſtro lapidū
cadunt de mōte q̄ habet in altitudie. lxx. pedes et
illeſi obuiant ſeruis aſcēdēdo iterū onerati. Uene=
rant enī ſerui cū gaudio ipos occidere. vt nō eſſent
cibus vermiū ſed hoim. Item otilia ſuā nutricem
ꝓprijs manibus ſepeliuit. et poſt. lxxx. annos ſe=
pulchro aperto dextra mamilla nutricis integra ī=
uenta eſt. qua eā quondā lactauerat. et reliquū cor
pus incineratū. Poſt plurima virtutū inſignia oti
lia ſciēs finem ſibi adeſſe. cōuocatis ad ſe ſororib⁹
apud ſanctum iohēm predicauit eis et rogauit eas
orare ꝓ ſe et pro patre ſuo. Poſt hoc p̄cepit eis vt
irent in oratorium matris dei marie et legerent
pſalteriū. Interim dū hec fierent ipſa obijt ſola tā=
tuſqꝫ odor ibi fuit ꝙ quaſi oēs domus plene eſſent
aromatibus. Redeuntes ſorores cū viderent ma=
trē ſuam ſine eukariſtia defunctam adeo inſtanter
orauerunt ꝙ de morte ſuſcitata eis dixit. Cur me
inquietaſtis. Lucie cōiuncta fui et illud gaudium
habui qd̄ oculus nō vidit. nec auris audiuit. nec in
cor hoīs aſcēdit. Reſpōderunt nobis fuiſſet cōfuſio
domina ſi abſqꝫ coniunctione ſacra obijſſes. Tunc
otilia calicē albatū in quo erat corpus et ſanguis
xp̄i ꝓprijs manib⁹ ꝯtrectauit et cōicauit. Ob hoc
idem calix vſqꝫ modo ſeruat. Odor vo ꝑ dies octo
durauit. Martiri lucie ideo coniuncta fuit. qꝛ ipſa
otilia duobus modis martir fuit. voluntate. ſcꝫ et
carnis maceratione

De ſancto claudio ꝯfeſ. clxxxvii